eſt text. iuncta gloſ. in c. 1. de form. fidelit. & ibi Bal. & Aluar. in not. Bartol. in prooem. Digeſt. §. 1. nec in plus tenetur vaſalli, & ſub diti domino, quã dominus ipſis ſubditis, niſi quoad re uerentiam, ſecũdum Gul. Ben. in rep. c. Rayn. in ver bo, condidit. de teſta. *Gou.*

c *Vaſallo.*] Iſte eſt text. in c. 2. §. dominus quoque

batam Dec. conſ. 469. nu. 4. & dicit Aluarot. in d. §. fin. nu. 5. ꝙ iſta gl. communiter per omnes Scribentes tenetur. Idem dicit Ioan. Iacob. de Leon. inter conſilia feudalia Brun. conſ. 117. nu. 152.

2 *Sed nunquid tenebitur illũ adiuuari, etiam contra patrẽ, filium, vel fratrem ipſius domini? Reſp. quod ſic. Et ita cõ cludit gl. ſuperius allegata, in verbo, Fratrem, quam dicit eſſe communiter approbatem Iac. de feudis, in verbo, Et promiſerunt, numer. 15. Cum enim hoc ſit ſtatutum in vaſallo erga dominum, vt dixi in ſupra allegata quæſt. 21. idem etiam dicendum eſt in domino erga vaſallum. Tenetur* c *enim dominus reddere pares vices* [c] *vaſallo, quæ tamen regula non eſt abſolutè vera, neqne ab ea forte eſſet arguendum, niſi in caſibus à iure feudorum expreſſis.*

de form. fide. & in c. domino committente, ſi de feu. defunct. fuer. controuerſ. Alias priuaretur proprietate, & cõſolidaretur cum vſufructu. *Giach.*

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit alienare vaſallos inuitos in alium.*
2 *Et quid ſi eos alienet cum toto territorio.*
3 *Et an ſi eos alienet contra iuris diſpoſitionem, priuetur eorum proprietate.*
4 *Dominus an poſſit inuito vaſallo pignori obligare directum dominium feudi.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus vaſall. ſuos inuitos alienare queat.*
2 *Nõ dominus ius ſuum ſine conſenſu vaſalli alicui oppignorare poſſit.*

ADDITIONES.

a INuitos.] Ad idẽ, quod dominus haud poſſit vaſallos ſuos inuitos vendere duriori domino, ſed ꝙ poſſint ipſi ſe opponere, & cõtradicere, maximè quãdo retineret vnam partem & aliam alienaret: quia intereſt ipſorum ſubditorũ non habere tot dominos, vide notab. per Iacobũ, in ſuis quæſt. feudal. q. 29. Ita quod dominus inuitis hominibus caſtri, vel ciuitatis, alicui ciuitatem, vel caſtrum ſubijcere nõ poſſit, vide per Dec. cõſ. 564. nu. 9. cum ſeq. Iaſ. in l. debitor. n. 7. C. de pact. *Giach.*

Inuitos.] Et eſt ratio, quia ſicut intereſt nõ perdere ſubditos, ita etiã intereſt ſubditorum non mutare dominũ ſuum, ſecundum Innoc. in c. auditis, de præſcript. *Gouean.*

An dominus poſſit alienare vaſallos ſuos inuitos] 1 Quemadmodum† vaſallo ſine conſenſu domini feudum alienare non licet, vt oſtendetur infra q. 31. ita nec domino cõceditur ſuũ dominium, ſiue ius, vel totum, vel partẽ, vaſallo ſuo inuito alienare, & facere, ut uaſallus ſuus fiat uaſallus alterius. Ita præter Clarum noſtrum, & ab eo relatos hic, tradunt Hartmanus Hartm. de feud. obſer. 40. Gail. lib. 2. da pace pub. c. 15. n. 13. Mozz. in tract. de feud. rubric. de natural. feudi. n. 77. Menoch. cõſ. 32. n. 20. vol. 1. & cõſ. 246. nu. 20. vol. 5. Vulteius libr. 1. de feud. c. 10. n. 71. alijq; ab ijs citati. Si tamen Princeps aliquis totum aliquod territorium, ſiue curiã alij uendat: aliter ſtatuendum eſt, ut Clarus noſter hic n. 2. ex comm. DD. opin. ſubijcit: quẽ ſequuntur Mozzius d. nu. 77. Vuurmbſer. de feud. obſeru. 34. & Vulteius loco modo deſignato. *Harpr.*

b *Eſt communis concluſio.*] De iſta communi uide per Duen. reg. 215. qui ponit quatuor ampliationes, & unam limitationẽ, & dixi etiam in mea collecta. commun. opin. uerbo, dominus, ti. 22. Item quod dominus uaſallis inuitis haud poſſit alienare feudũ, uide per Afflict. in dec. 265. num. 69. *Giach.*

c *Nunquid poſſit dominus inuito vaſallo pignori obligare directum dominium.*] 2 Quin † dominus ius ſuum ſine conſenſu uaſalli oppignorare poſſit, nullum apud Interpretes eſt dubium. gloſſ. & ceteri communiter in c. 1. §. habito, de prohib. feu. aliena. per Frider. Idque de natura feu. eſſe ſcribit Mozz. d. rubr. de natur. feud. nu. 76. eumque referens D. Vulteius d. cap. 10. num. 71. uerſic. quin autem dominus, &c. Harpr.

QVÆST. XXVIII.

1 a QVæro, an dominus poſſit alienare vaſallos ſuos inuitos, & contradicentes in alium, & ipſos cogere, vt tali alienatione conſentiant? Hæc quæſtio ſepè contingit in practica. Et habes gl. notab. quæ ſemper ad hoc ſolet allegari in l. inuitus. in gloſſ. 1. ff. de fideicommiſſ. lib. dicentẽ, quod dominus non poteſt in alium alienare ius vaſalli, vel feudi inuito ipſo vaſallo. Et illa gl. eſt communiter approbata, vt dicit Epiſcopus Loazes in ſuis alleg. pro Marchion. Velez, in 1. dubitatione, in 4. fundamento partis aduerſæ. Et dicit Curt. iun. de feud. in 6. parte principali. in 2. q. quod iſta eſt b communis [b] concluſio. Idem dicit Gratus conſ. 147. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Et pro hac concluſione videtur text. expreſſus in c. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.

2 Scias tamen. quod concluſio d. gl. intelligenda eſt, vt procedat, quando dominus vellet ſeparatim ipſos ſubditos ad alium tranferre: ſed ſi concederet feudum vna cum toto terriorio, & vniuerſitate, ſcilicet cum alijs caſtris, vtique poſſet etiam ipſis inuitis hoc facere. Ita dixit gloſ. in d. §. ex eadem lege. in verbo, totum. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Pariſ. conſ. 23. num. 103. lib. 1. & dicit Molin. in conſuet. Pariſ. feud. §. 1. gloſſ. 3. num 25. quod ita tenent omnes Doctores, ſubdent, quod hæc opin. vſu approbatur. Multa enim tranſeunt cum vniuerſitate, quæ ſeparatim transferri non poſſunt.

3 Sed quæro, an dominus alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſitionem, debeat priuari propietate ipſius feudi, prout etiam vaſallus alienãs b feudum contra iuris diſpoſitionem, cadat à feudo? vt dixi infra, quæſt. 31. Reſpon. Bal. in c. 2. nu. 1. quo tempor. miles. tenet, quod non. Contrariã autem opin. quod imò debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. cap. 2. Et hanc dicit eſſe veram, & magis communem opin. Curt. iun. conſ. 164. poſt num. 34. A pari enim iudicantur dominus, & vaſallus, ut dixi ſupra, quæſt. 27. verſicul. Sed nunquid. Sed hæc de facto male per dominos obſeruantur.

4 c Item quæro, nunquid [c] poſſit dominus inuito vaſallo pignori obligare directum dominium, & iuriſdictionem feudi? Reſpondeo, quod ſic. Et hanc ſententiam dicit eſſe communem Ripa in l. obligatione, numero quadrageſimo, & hoc eſt vnum, in quo differt dominus à vaſallo. Nam vaſallus non poteſt pignorare vtile dominium feudi ſine domini conſenſu, vt dixi infra quæſtione trigeſima quinta. Dominus autem inuito vaſallo poteſt ſuum directum dominium pignorare.

QVAE-

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit ſubditis ſuis collectas imponere.*
2 *Et quid ex conſuetudine, vel pacto.*

Ex Additionibus.

1 *Quiſnam dominus ſubditis ſuis collectas imponere poſſit.*
2 *An, & quatenns Princeps ſuos vaſallos ratione bonorum feudalium collectare queat, remiſſ.*
3 *Princeps vaſalli ſuos ſubditis collectam imponere poteſt.*
4 *Quib. caſib. domini ſui ſubditos collectis grauare valeãt, remiſ.*
5 *An, & quatenus Princeps pro maritanda filia, vel pro vxorando filio, collectam ſubditis indicere queat.*

ADDITIONES.

a IMponere.] Hic cadit pulcherrima quæſtio, Nunquid dominus debeat ſuis vaſallis indicere aliquã nouitatem? Quod non, concludit Iacob. de S. Georg. in ſuis quæſt. feud. queſt. 40. quia noua ſeruitia indebita præſumuntur per vim & impreſſionẽ extorta, per ea quæ tradit Bald. ibi allegatus, & dicit ſe ita reſpondiſſe cuidam magno domino eũ conſulenti ſuper iſta materia. *Giach.*

Nunquid dominus poſſit ſubditis ſuis taleas, ſiue collectas imponere.] 1 Quod † nemo poſſit col lectas imponere, niſi Regaliũ iure gaudeat, etiãſi merum, mixtumque Imperium, ac omnimodam Iuriſdictionẽ habeat, prçter Clarum hic noſtrum, & ab eo relatos, docent Mynſing. reſponſ. 1. nu. 97. & ſequent. decad. 11. Schneidevvin. de feud. par. 5. nu. 119. Borcholt. in tit. 56. quæ ſint Regalia. lib. 2. F. Sixtin. in tractat. de Regalibus. lib. 2. c. 14. nu. 17. Io. Koppen. q. 32. nu. 4. & 8. hoſque referens D. Collega Bocer. in tract. de iure collectar. cap. 1. nu. 24. & in tract. de iure, & commodo ſenioris, lib. 2. c. 6. nu. 22. & 23. vbi id explanat 2 fuſius. Ceterum † an, & quatenus Princeps ſuos vaſallos ratione bonorũ feudalium collectare queat, perſpicue declarant Ioan. Petr. Surdus conſ. 135. nu. 11. & ſeqq. & cõſ. 234. nu. 8. Albert. Brun. conſ. 103. num. 2. Crau. conſ. 497. nu. 3. Modeſtin. Piſtoris conſil. 21. num. 30. lib. 2. Mynſig. reſponſ. 1. nu. 1. & 2. decad. 15. Erneſt. Cothman. reſponſ. 11. num. 32. lib. 1. Henr. à Roſenthal. in tract. feud. cap. 5. concl. 78. num. 2. Petrus Heigius quæſt. 18. num. 16. & ſeqq. part. 1. eoſque omnes laudans D. Bocer. in d. tract. de iure collectar. cap. 4. nu. 12. & ſeqq. vbi num. 22. ſub3 iungit: quod, † licet dominus feudi vaſallos ſuos collectis onerare nõ poſſit: attamen Princeps vaſalli ſui ſubditis imponere collectam valeat: cum hoc ius cenſeatur reſeruatum, & nõ translatum in vaſallum, per notata Rolandi a Valle conſ. 1. num. 102. vol. 2. & conſ. 4. num. 47. vol. 3. Ioã. Petri Surdi cõſ. 210. nu. 58. lib. 2. *Harprec.*

b *Et ab eo poſſunt collectari ſex caſibus.*] Qui4 bus caſibus † domini inferiores ſubditos collectis grauare queant, poſt plures alios à ſe citatos, diligenter explicat Roſenthal. d. tract. feud. cap. 5. cõcl. 76. & ſeq. *Harprec.*

c *Pro filia maritãnda.*] 5 An † & quatenus. Princeps pro elocanda, & dotanda filia ſua, vel pro vxorãdo filio, collectam ſubditis indicere poſſit, latiſſime exponunt Iacobin. de S. Georgio in tract. de homagijs. num. 35. & tract. de feudis. in verb. qui quidem inueſtiti. nu. 76. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 181. Nicol. Boerius deciſ. 126. nu. 6. & 7. item deciſ. 131. nu. 14. Mox in tract. de feud. rubr. de naturalib. feud. nu. 61. Vult. conſ. 35. nu. 142. uolu. 3. conſ. Marpurgenſ. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de mandatis iudic. capit. 44. nu. 12. Roſenthal. d. c. 5. concluſ. 77. & cõcluſ. 79. num 5. Schneideuuin. in tract. de feud. part. 5. nu. 120. Laur. Kirchou. cent. 5. cõmun. opin. concl. 77. Sixtin. d. tract. de regalib. lib. 2. c. 14. & 54. & D. Bocer. d. tract. de iur. collect. cap. 6. n. 24. cũ ſeqq. & nu. 61. cũ ſeqq. *Harprec.*

QVÆST. XXIX.

1 a QVæro, nunquid dominus poſſit ſubditis ſuis taleas, ſiue collectas imponere? Reſpond. quod Barones, & alij domini infeniores, qui ſuperiorem recognoſcunt, non poſſunt ſubditis ſuis taleas, vel collectas imponere, etiam quod habeant merũ imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Ita tenet Salyc. in l. 3. poſt nu. 3. verſ. Et ex his. C. vectig. noua inſtitui nõ poſſe. Et ita communiter concluditur, vt dicit Pariſ. cõſ. 52. nu. 2. lib. 1. Nam huiuſmodi onerũ impoſitio eſt de regalibus, & ſic eſt reſeruata ſupremo Principi in ſignum ſuperioritatis.

2 Bene verum eſt, quod ex conſuetudine, pacto, vel conuẽtione poſſent (ſecũdum aliquos) ſubditi per dominum collectari, in quatuor caſibus, ſcilicet pro militia domini, pro filiabus maritandis, pro tranſmarino voto, & pro ipſius domini ab hoſtibus capti redemptione. Et ita ſe habere communem opin. atteſtatur Boer. deciſ. 126. num. 1. & ſeq. vbi late. Quinimò Hoſtienſ. in ſumma. de immunit. Eccleſ. §. 1. paulo poſt princip. tenet, quod ſubditi tenentur domino ſeruire, & ab eo b poßunt [b] collectari in ſex caſibus. Primo, pro exercitu Imperatoris. Secundo, pro correria, quando ſcilicet Imperator facit tranſitum per illum c locum. Tertio, pro filia maritanda. Quarto pro militia pro ſe, vel filio ſuo. Quinto, pro captiuitate ipſius domini. Sexto, pro terra quam ipſe Comes, vel Baro, vult acquirere: & dicit, quod generalis conſuetudo quaſi vbiq; ita ſeruat. Et Hoſtienſ. refert Iacob. de feud. in verbo. Qui quidem inueſtiti. num. 75. vbi num. 78. ſequitur eius opin. in vno caſu tantum, ſcilicet pro filia domini maritanda, & dicit, quo in hoc caſu ita ſe habet generalis conſuetudo. Sed quicquid dicant Hoſtienſ. & Iacob. ego hoc non puto eſſe verum. Ideo tene indiſtincte communem opin. quod nullo caſu poteſt dominus inferior ſubditis ſuis collectam imponere, niſi hoc habeat ex pacto, vel conſuetudine illius loci in ſpecie. Et ita in indiuiduo, quod non poſſit vaſallus pro dote filiæ ſuæ, quam maritare intendit, grauare ſubditos ſuos, tenuit Bald. in cap. 1. §. ſimiliter. nu. 1. de cap. Conradi. Et hanc dicit eſſe veriorem, & magis communẽ opin. Brun. conſ. feud. 32. num. 7. vbi multas auctoritates allegat, & eſt valde rationi conſentaneum. Nam ſi neque mater filiam, neque frater ſororem regulariter dotare tenentur, multo minus debet cogi vaſallus ad dotandam filiam domini ſui. Et ſi caſus contingeret, ita iudicarem; niſi appareret de ſpeciali conſuetudine in contrarium, vt ſupra dixi.

QVAESTIO XXX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit cogere ſubditos ſuos ad molendum in ſuis molendinis.*

Ex Additionibus.

1 *Domini ſuperiorem recognoſcentes, an & quatenus ſubditos ſuos ad molendina ſua cogere poſſunt.*
2 *Meræ facultatis exiſtentia ſtatuto adimi nequeunt.*

ADDITIONES.

a Cogere ſubditos.] Idem quod molendinum, vel furnum habens in loco non poſſit aſtringere homines d. loci, licet longiſſimo tempore iuerint ad molendum in molendinis, vel coquendum in furnis, quia in ijs, quæ ſunt facultatis, non cadit præſcriptio, communem vi. per Iaſ. in l. quo minus. q. 25. ff. de flumi. & habetur plene per Rol. in cõſ. 22. & 30. volu. 2. & plenius dixi in collect. mea com. opi. in verb. molendinum, nu. 1. 2. ubi etiam poſui limitat. tres: Videlicet primo, niſi talis ordinatio reſpiceret publicam utilitatẽ, puta, quia molendina ſunt fiſcalia, uel furni fiſcales, & ij redditus ſeruirent publicis neceſſitatibus, quia hoc caſu ualet ordinatio. Secunda limit. eſt, ubi dominus prohibuiſſet, & longiſſimo tempore perſeueraſſet prohibitio, in coquẽdo, uel molendo, &c. Tertia eſt, niſi ex priuilegio, uel conſuetudine acquiſiuiſſet, ut nemini liceat alibi coquere panẽ, uel molere, &c. & eſſet inductũ hoc. *Giac.*

Nunquid dominus poſſit cogere ſubditos ad molendum.] 1 Quod domini, † iuriſdictionem, merum, & mixtum imperiũ habentes, ſuperiorem tamen recognoſcẽtes, ſtatuto nequeant ſubditos ſuos præciſe ad ſua molẽdina cogere, uerius eſt: ſiue ob commodum priuatũ dominorũ id fiat: ſiue etiã, ut redditus publicus inde augea-2 tur. Siquidẽ meræ facultatis exiſtentia ſtatuto adimi haud poſſunt: maxime, ſi populi libertas minuatur, & alij damnũ inferatur. Poſſet tamẽ tanta eſſe ærarij, Reipub. & inopia: ita quod cũ ſumma Reipublic. utilitate, ac bono coniunctum foret, ut iſtiuſmodi ſtatutũ condere, & prohibitionẽ facere liceret. Ita, poſt Didacum Couarr. in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 4. num. 7. & complures alios a ſe citatos, ſcriptum reliquit Henric. a Roſenthal. in tract. feud. c. 5. concluſ. 26. *Harprec.*

QVÆST. XXX.

1 a *Quæro, nunquid dominus poſſit cogere ſubditos*[a] *ad molendum in ſuis molendinis? Reſpond. quod non. Et iſta eſt vera, & communis opinio, vt ait Boer. deciſ. 125. circa fin. quẽ tefert Crauet. de antiq. temp. in 4. part. §. circa præmiſſa, poſt nu. 3. vbi late. Bene verum eſt, quod ſi dominus haberet ius molendinorum ex conſuetudine, vel priuilegio, credo, quod alia molendina in eo loco conſtrui non poſſent; & conſequenter quod poſſet dominus cogere ſubditos ad molendum in ſuis molendinis. Et ſuperioribus annis, cum quidam feudatarius haberet in ſuo caſtro ius, & datium hoſpitij; & alius priuatus vellet in eo loco aliud hoſpitium erigere, forte ad æmulationem illius domini: fuit iudicatum, quod liceat domino eum prohibere ad huiuſmodi erectione hoſpitij.*

QVAESTIO XXXI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini, & ſi alienet, cadit a feudo.*
2 *Et quid ſi alienatio erat ex alio capite nulla.*
3 *Et quid ſi non ſit ſecuta traditio rei feudalis.*
4 *Et quid ſi appoſita ſit clauſula conſtituti.*
5 *Et quid ſi vaſallus proteſtetur ſe alienare, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini.*
6 *Et quid ſi vaſallus poſt alienationem recuperet feudum.*
7 *Et quid ſi alienet ſolũmodo vnam partẽ feudi, an cadat a toto.*
8 *Et quid ſi feudum ſit acquiſitum pro ſe, & quibus dederit.*
9 *Et an poſſit vaſallus alienare commoditates feudi.*
10 *Et an ſi vaſallus alienet omnia bona, quæ habet in tali loco, cenſeatur alienaſſe etiam feuda, quæ ibi poſſedit.*
11 *Et quid ſi vaſallus ſit in magna neceſſitate conſtitutus.*
12 *Et an valeat conſuetudo, quod vaſalli poſſint alienare feuda ſine conſenſu dominorum.*
13 *Et quid ſi vaſallus alienet feudum, domino ſciente, & tacente, an id ſufficiat pro conſenſu.*

Ex Additionibus.

1 *Vaſallus ſine domini conſenſu feudum alienans eo priuatur.*
2 *Euſque ratio quæ.*
3 *Vt vaſallus ex cauſa alienationis feudum amittat, quę requirantur.*
4 *Ignorantia quomodo probetur.*
5 *Alienatum quid proprie dicatur.*
6 *An ſi vaſallus poſt alienationem confeſtim recuperet feudum, nihilominus id perdat.*
7 *Ius quæſitum nemini auferendum.*
8 *Fur, domino rem furtiuam confeſtim reſtituens, actionem furti non euitat.*
9 *Vaſallus partem feudi alienans an omni iure ſuo cadat.*
10 *Pœna commenſuranda delicto.*
11 *Nunquid vaſallus ex cauſa magnæ neceſſitatis feudum inconſulto domino alienare queat.*
12 *Nemo cogitur conſentire in venditionem rei ſuæ, vel de ſuo cuiquam benefacere.*
13 *An tacitus domini conſenſus ad feudi alienationem ſufficiat.*

ADDITIONES.

Feudum alienare.] An bona, ſuper quib. actum, alienatum, permutatum, aut quouis alio modo contractũ eſt a vaſallo irrequiſito domino, cadant in pęnam caducitatis: item in quibus Emphyteuta, ſeu vaſallus domini conſenſum requirere debeat, & in quibus non: quæ quidẽ caducitas quibus verbis vitietur, & quo caſu non ſolũ in proprio, ſed in facto alieno ignorantia excuſet, vide per Dec. conſ. 160. *Giach.*

Feudum ipſum alienare.] Adde, quod hæc concluſio adeo eſt vera, vt talis alienatio etiam longiſſimo tempore præſcribi nõ poſſit. Ita tenet Andr. de Iſern. in d. cap. Imperialem. ver. nullius temporis præſcriptionem, quem Doct. ibi communiter ſequuntur, vt firmat Marian. Socin iun. conſ. 115. num. 4. vol. 2. Pariſ. conſilio 23. num. 158. volum. 1. *Gouean.*

*Vaſallus non poteſt feudum ipſum alienare ſine conſenſu do-*1 *mini.*] Indubitatum eſt, vaſallum † feudum ſine domini conſenſu alienantem iure ſuo cadere, eoque priuari. tit. 5. in fine tit. 13. tit. 18. §. vlt. tit. 21. §. ſi quis miles. lib. 1. F. tit. 9. in princ. tit. 24. §. vlt. tit. 26. §. feudum ea lege datum. tit. 38. tit. 44. tit. 52. §. ſi quis vero. & tit. 55. in princ. verſ. callidis. lib. 2. F. Cuius † 2 ratio refertur in d. tit. 24. §. vlt. lib. 2. Feud. nimirum hæc: quod vaſallus ſine conſenſu domini alienando, dominum contemnere uideatur, ut ita illa priuatio ſit quædam quaſi ultio contumeliæ illatæ domino. Rol. a Valle conſ. 2. num. 136. uol. 1. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 41. Borcholt. in Comment. in conſuet. feud. cap. 8. num. 34. Vt 3 autem uaſallus † ob alienationem a ſe factam feudo exuatur; duo maxime coniunctim requiruntur. Prius eſt, ut uaſallus ſciens feudum eſſe alienet. Ignorantia quippe qualitatis rei excuſat uaſallum. d. tit. 26. §. ſi uaſallus feudum modo ignorantia illa non ſit affectata. ſiquidem illa 4 in iure pro ſcientia habetur. † Quia uero ignorantiæ probatio eſt difficilis: iuramento uaſalli affirmantis ſe ignoraſſe id decidendum relinqui ſolet. titul. 42. in princip. libr. 2. F. Schrader. in tractat. feud. part. 9. capit. 1. numero 45. D. Bocer. claſſ. 5. diſput. 20. the. 74. edit. 2. Vulteius dict. capit. 11. numero 42. Gail. lib. 2. obſeruat. 48. numero 23. & ſeq. Alterum eſt, ut alienatio effectum ſuum ſortita conſummata, adeoque translatio poſſeſſionis facta ſit. Sola enim conuentio de

QVÆST. XXXI.

1 *Vulgaris eſt concluſio in materia feudorum, quod vaſallus, non poteſt feudum ip-* a *ſum*[a] *alienare ſine conſenſu domini, de qua eſt tex. expreſſus in cap. Imperialẽ. de prob. alie. feud. per Frid. & ſi alienauit, alienatio ipſa nihil valet, ipſe*

autem alienans priuatur feu- b *do*[b] *vt ibi.*

2 *Sed quæro, quid*[c] *ſi contra-* c *ctus ipſe alienationis fuit ex aliquo capite nullus, & inualidus, nunquid habebit locum etiam hoc caſu pœna priuationis? Reſp. quod non. Et eſt cõmunis ſententia, vt dicit Molin. in conſuet. Pariſ. feud. §. 21. n. 32. Nam ex actu nullo: ex quo domino præiudicium non infertur, non debet vaſallus pœnam pati. Et hęc opin. mihi placet, quando non eſſet ſecuta actualis traditio, rei feudalis, ſed ſolummodo ficta traditio, puta per conſtitutũ. Nã quando contractus eſt nullus, etiam conſtitutum in ipſo contractu appoſitum eſt nullum. Sed ſi eſſet ſecuta actualis, & vera traditio, non crederẽ vaſallũ hoc caſu debere excuſari a priuatione. Nã DD. in hac materia loquẽtes conſiderant prę iudicium domini potius in traditione ipſius rei feudalis, quam in alienatione, vt ſtatim dicam.*

3 *Sed nunquid ad hoc, vt vaſallus alienãs feudo priuetur, requiritur vltra alienationẽ, quod ẽt ſubſecuta ſit traditio ipſius rei feudalis? Reſp. ꝙ ſi, alias autẽ, non facta traditione, non cadit feudo. Ita tenet Andr. de Iſern. in d. c. Imperialẽ, §. callidis, ver. Pęna in iſtis. Nã qui alienat, & tradit, facit quicquid poteſt, ut feudum in aliũ trãsferat, ideo pęnã meretur, tanquã de actu prorſus conſũmato; ſecus aũt qui alienat, & nõ tradit. Faciunt quę dixi ſupra hoc eod. li. §. emphyteuſit, q. 13. ver. Sed nũquid.*

4 *Sed quid ſi non interueniat vltra alienationem vera, & actualis traditio rei feudalis, ſed tantũmodo ficta, puta per clauſulã conſtitutio, vel precarij? Reſp. quod talis traditio ficta ſufficit ad hoc, vt ipſe alienans priuetur feudo. Ita tenet Paul. de Caſt. in l. 1. §. ſi rẽ depoſitã n. 2. ff. depoſiti. & hæc eſt crebrior ſententia, vt dicit Mol. in conſuet. Pariſ. feud. §. 13. gl. 5. n. 4. Tiraq. de cõſtituto, in 37. limit. n. 5. & 6. Licet. n. conſtitutum ſit fictus modus trãsferendæ poſſeſſionis: tamẽ per ipſum conſtitutũ transfertur vera poſſeſſio. Nihilominus, quidquid ſit de rigore iuris, mihi de æquitate magis placet alia opi. ut ſ. requiratur vera, & actualis traditio. Nã qui ficte tradit, vere dici non poteſt feciſſe, quidquid potuit.*

5 *Itẽ quæro, quid ſi vaſallus in alienatione feudi proteſtetur, ſe alienare ſaluo, & reſeruato* d *conſenſu*[d] *domini, vel ſaluo iu-* e *re*[e] *directi dominij, nũquid talis proteſtatio illũ excuſabit, vt non cadat a feudo? Reſp. ꝙ talis proteſtatio eum nõ releuat, ſi poſt talem alenationẽ ſecuta ſit traditio. Ita dixit notabiliter Bald. in l. vnica. nu. 56. C. de his, quę pœnę nom. et hæc concluſio cõter tenetur, ut dicit Iaſ. in l. non ſolũ. §. morte, n. 27. ff. de oper. noui nũcia. Et eam dicit eſſe cõmunẽ Dec. conſ. 44. n. 4. Videtur n. hoc caſu factũ contrarium proteſtationi, quod magis attenditur, quam ipſa preſtatio.*

Bene verũ eſt, quod ſi proteſtetur ſe alienare ſaluo conſenſu domini, et nõ aliter, nec alio f *modo*[f]*, talis proteſtatio verbis ita geminatis concepta re leuat, ita quod vaſallus feudum non perdit, etiamſi ſecuta fuerit traditio. Ita ſingulariter dixit Bal. in c. 1. §. ſi. poſt num. 5. verſ. Sed pone quæ fuc. prima cauſa benef. amit. quem ſequũtur communiter Cano. vt dicit Ripa li. 3. reſponſorum. c. 1. nu. 3. Quia illa verba, & non aliter, nec alio modo, ſunt prorſus rereſolutiua ipſius alienationis, adeo vt non accedente cõſenſu domini, non poſſit dici vaſallus feudum ipſum alienare voluiſſe. Vide quæ dixi in d. q. 13. verſ. Item quæro.*

6 *Sed quid ſi vaſallus*[g] *poſt* g *alienationem recuperet feudũ nunquid propterea euitabit pęnam priuationis? Reſpn. quod non. Ita tenet Bart. in l. ſequitur. §. item Labeo. in fin. ff. de vſucap. & ita cõmuniter concluditur, vt dicit Alex. in l. ſi ame. nu. 3. ff. ad l. Falc. & dicit Bertrand. conſ. 2. nu. 6. libro 2. in 2. parte, quod ita intelliguut communiter Doct. Et hanc concluſionem dicit eſſe commuuem Curt. iun. de feud. in 4. parte principali, in vltima cauſa amiſſionis feudi, in 1. regul. q. 15. Cum enim vaſallus propter alienationem cadat ipſo iure a feudo, ſtatim facta alienatione, & ſecuta tradictione, eſt ius domino quæſitum, quod deinde ſine facto ipſius domini ab eo auelli non poteſt:* h *dixi in d. q. 13. verſ. ſed quid ſi*[h] *emphyteuta.*

de alienando feudo non ſufficit: ſed & poſſeſſionis traditio neceſſaria eſt ad hoc, vt vaſallus feudum ſuum ex alienationis cauſa amiſiſſe dicatur, per textum in titul. 52. in princip. verſic. hortatu itaque, ibi, ſine ipſorum permiſſu diſtrahere. & in dict. titul. 55. in princip. verſic. callidis. ibi, feudum vendunt, & in alijs transferrunt. li. 5 2. F. Proprie † namque alienatũ non dicitur, quod adhuc in vendentis, vel alterius domino manet. l. alienatum 67. ff. de verbo. ſignificat. Atque ita docent Andr. de Iſernia, Aluarot. Præpoſ. & Matth. de Afflict. in capit. 1. §. ſi inter pares. de lege Corrad. Clarus noſter hic n. 3. Emanuel Soarez. in theſ. recept. ſentent. littera F. n. 71. Roſenthal. in tract. feud. cap. 6. membr. 1. concluſ. 12. Bocer. d. diſput. 20. the. 77. Vult. d. nu. 42. verſ. ſecundũ, &c. Schrader. d. part. 9. c. 1, num. 32. alijq; per hos cumulatim adducti. *Harprec.*

b *Priuatur feudo.*] Hic ſcias, quod ius priuandi vaſallum feudo non tranſit ad hæredes, commune vide per Oſaſc. deciſ. 77. numer. 11. & in collect. mea commu. opi. in verb. ius 33. Hic adde, quod feudo priuatur vaſallus ob cauſas, quibus pater poteſt exhæredare filium, & donator reuocare donationem; vide per Iacobin. eod. tract. in verbo, dictique vaſalli, ſub numer. 41. & 47. et de obligationibus vaſalli ad dominum, & econuerſo dixi alias. Hic adde quod quando vaſallus facit pactum cum domino de non alienando, non poterit etiam alienare in caſibus, alias à iure permiſſis, commune per Roland. in conſil. 81. numer. 19. etiam dixi in collect. mea commun. opin. verb. vaſallus, numer. 14. *Giach.*

c *Quod, ſi contractus ipſe alienationis fuit ex aliquo alio capite nullus.*] Adde hac de re videndos Curt. iun. de feud. part. 4. num. 108. Mozz. in tract. de feud. rubr. ex quibus cauſ. feud. amit. num. 135. Henric. a Roſenthal. dict. tract. feud. cap. 9. membr. 1. concluſ. 4. & alios, ab his recenſitos. *Harprec.*

d *Conſenſu domini.*] Itẽ quod non valeat huiuſmodi alienatio facta ſub conditione haud purificata, vide plene, atque in termini per Rol. conſil. 63. vol. 4. ubi in facti contingentia reſpondit pro cathedra Senogali. *Giach.*

e *Saluo iure.*] Dixi alias, item de clauſula ſaluo iure dominij, uide quã uim habeat, per Duaren. titul. 6. caut. 64. numer. 2. *Giach.*

f *Et nõ aliter, nec alio modo.*] Vide ſup. §. Emphyteuſis, quæſt. 13. limita, niſi ubi res alienata eſſet difficilis recuperetionis, ut quia eſſet caſtrum munitum, alienatum, & traditum, per Gram. deciſ. 49. nu. 4. *Giach.*

g *Quid, ſi vaſallus poſt alienationẽ recuperet feu-*6 *dum.*] Quamuis † uaſallus pęnitentia ductus, poſt alenationem incontinenti recuperet feudum: nihilominus tamen pęnã priuationis incurrit. Tũ quia tex. in c. 1. quid iuris ſit, ſi poſt alienationem feudi, &c. tit. 44. lib. 2. F. generaliter, & indiſtincte loqui-7 tur † Tũ quia nemini ius quæſitum auferri poteſt, l. id, quod noſtrum 11. ff. 8 de reg. iur. Tum † etiam quia fur, licet confeſtim domino rẽ furtiuam reſtituat: ab actione tamen furti ſe hoc ipſo non eximit, l. quia ea mente 65. ff. de furt. Atque his, alijſque rationibus permoti hanc ſẽtentiam tuentur, præter Clarũ, et ab eo hic relatos Schrader dict. tract. feud. p. 9. cap. 1. n. 17. Vulteius d. li. 1. feud. cap. 11. nu. 43. D. Bocer. d. diſput. 20. the. 79. Fachin. libr. 7. controuerſ. iur. cap. 84. & Rudinger. libr. 1. uar. lect. iur. c. 77. ubi in utramque partem hanc quæſtionẽ examinat. *Harprec.*

h *Sed quid ſi emphyteuta.*] Vide quæ ibi dixi in Apoſtill. ſignata litter. E. quod non. *Giach.*

Quæ-